



**Ecclesiasticae Historiae, Et Dicta, Inprimis Memorabilia,
Christi, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Doctorum,
& hostium veteris Ecclesie: singulari iudicio, & pio studio,
ex Eusebio Cæsariensi ...**

Eusebius <Caesariensis>

Haer. Chr. Egen., 1571

VD16 E 4284

25. Idem Interrogatus quod nomen habeat Deus, Respondit:

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69335](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69335)

1. Terrorem expellit tristem dilectio patris,
 2. Non dolor vllus ibi est, Christi vbi vera fides.
 3. Omnia dura Dei perfert dilectio vera,
 4. In q̄ malis sperat, aelica regna fides.

24. ATTALVS, CVM IN SELLA
 ferrea, prunis subteriectis, torreretur,
 voce magna ita ad plebem
 exclamauit:

ECce hoc est homines comedere, quod
 vos facitis: quid à nobis velut occul-
 tum facinus exquiritis, quod vos aper-
 ta luce committitis? Nos enim neq̄ comedi-
 mus homines, neq̄ quid mali egimus. Euseb.
 lib. 5. cap. 3.

*Quis voret humanas, cōstat, cum sanguine carnes,
 Ad populum in prunis Attalus vstus ait.
 Quid velut occultum ex nobis inquiris & igne,
 In claro facinus quod facis ipse die?
 Non hominum carnes crudeles edimus vnquam,
 Egimus & sceleris nil, pia turba, mali.
 Humanas laniant carnes comedunt q̄ feroces,
 Corpora qui exurunt excruciant q̄ pia.*

25. IDEM INTERROGATVS
 quod nomen habeat Deus, Re-
 spondit:

Qui

Qui plures sunt, nominibus discernuntur, qui vnus est, non indiget nomine.

Quod Deus occultus nomen, quæ situs, haberet

Attalus, hæc retulit verba notanda pijs:

Qui numero existunt plures, hi nomine distant,

Qui Deus est vnus, nomine quippe caret.

26. EVSEBIUS IBIDEM.

Maior inest virtus cruciatis, quàm cruciantibus.

Hæc de Martyribus sanctis Decioq³ tyranno,

Eusebius docto protulit ore pius:

Maior inest virtus cruciatis, gloria maior, ..

Quàm trepidis, alios qui cruciare solent. ..

Sic ouat in prunis martyr Laurentius vstus,

Inter ouans Stephanus verbera dura fuit.

At Decium torquet mentis formido malignæ,

Et cæco quatitur verbere sæua cohors.

EX EODEM CAPITE 4. LO-
quens de Irenæo Presbytero.

Scimus quòd solus officij gradus non facit aliquem iustum, sed vitæ meritum.

Non gradus officij reddit, non gloria, iustum, ..

Sed meritum vitæ, iustitiæq² decus. ..